

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Privatrechtliche Urkunden und Amtslisten von 1266 bis 1332

Schulte, Aloys

Straßburg, 1884

1276 - 1277

[urn:nbn:de:bsz:31-326716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326716)

tingente, Reinherus pro uxore sua et Wichero. si aliquis contra premissa veniret, eligit se sententie excommunicationis subiacere. actum a. d. 1276, feria 6 post omnium sanctorum.

1276 November 6.

Aus Strassb. Thom. A. lad. 10 (Titres). or. mb. c. sig. pend.

Schutz-
versprechen.

89. Adelheid von Lichtenberg verspricht dem Kloster s. Katharina in Strassburg ihren Schutz. 5
1277 Januar 5.

Notum sit omnibus presentis cedula inspectoribus, quod nos Adelheidis domina de Liehtenberc propter devotionem, quam specialiter habemus ad beatam virginem Katherinam, universa bona monasterii beate Katherine extra muros Argentinenses et tam currus et equos et ejusdem monasterii familiam et colonos in nostram protectionem et conductum recipimus 10 specialem, injuriam et gravamen, si quod absit eisdem a quocunque inferatur, quasi nostram propriam reputantes. in cujus rei testimonium sigillum nostrum presenti cedule est appensum. actum anno domini 1277, in vigilia epiphanie¹.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 139 fasc. 18. or. mb. c. sig. pend.

Pfandbrief.

90. König Rudolf verpfändet an den Strassburger Bürger Stamph einen Garten in Illwickersheim. Wien. 15
Februar 17.

Rudolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod nos dilecto fideli nostro Stamphoni civi Argentinensi ob multe fidelitatis servicia, que nobis inpendit hactenus vel inantea exhibere poterit fructuosa, quendam ortum nostrum situm apud Illewiczheim prius obligatum Reinboldo dicto Stiubenwech vel ab eo 20 solum pro octo marcis obligavimus vel obligamus presentium testimonio litterarum, de quo quidem orto predictus Stampho annis singulis duarum librarum cum dimidia vel decem capponum redditus recipiet pleniores predictum ortum tenens vel possidens tamdiu, quousque sibi per nos de predictis octo marcis plenarie fuerit satisfactum. in cujus rei testimonium presens scriptum sibi damus sigilli nostri munimine roboratum. datum Wienne, 13 kalendas 25 marcii, indictione 6, anno domini 1277, regno nostri anno quinto.^a

Aus Strassb. Stadt A. V. C. G. corp. B lad. 23 fasc. 1 ad 8. or. mb. c. sig. pend. delaps. Darnach abgedruckt Mone, Ztschrft f. Gesch. d. Oberrh. VI, 126 als zum Jahre 1276 gehörend. — Böhmcr, R. Rud. nr. 322 (nach Briefbuch A fol. 269, wo das Regierungsjahr durch quarto gegeben ist). Zur Datirung ist zu bemerken, dass die Indiktion, wie das Regierungsjahr nicht zur christl. Jahreszahl passt (beide um 1 zu hoch). Die Abänderung in der Angabe des Regierungsjahres mag beweisen, dass hier man sich nach der christlichen Jahreszahl zu richten hat. Doch passt der Ausstellungsort auch für 1278. 30

Präbenden-
stiftung.

91. C[onradus], episcopus Arg., notum facit, quod nobilis vir Albertus de Talmassingcn, majoris et s. Petri ecclesiarum canonicus, in honorem s. Oswaldi regis prebendam instituit 35 in ecclesia s. Petri, cujus collatio est apud decanum ecclesie s. Petri. episcopus, prepositus, decanus et capitulum s. Petri consentiunt et sigilla sua una cum sigillo Alberti appendunt. datum 9 kalendas aprilis, a. d. 1277. März 24.

Aus Strassb. Bez. A. G 4713 (5085). or. mb. c. 5 sig. pend. mutil.

^a) Von anderer Hand mit anderer Tinte ist in die Lücke zwischen anno und quinto eingeschoben: Qu. quarto 40 liest die Abschrift in Briefbuch A fol. 269.

¹ Dieselbe befreit am gleichen Tage alle Besitzungen des genannten Klosters im Dorfe Wolfsheim von aller Steuer und Last, zum Heile ihrer Seele und ihres verstorbenen Gemahls Heinrich von Lichtenberg. Ebendasselbst. or. mb. c. sig. pend. delapso.